

Handwritten numbers in a cursive script, visible on the right edge of the page, including '2', '2', '2', and '2'.



1691.

18^{a, b, c} Lynderus, Nicolaus Christophorus: De eo, quod inter-
est. 3 Exempl. 1691, 1734, 1753.

19^{a, b} Lynderus, Nicol. Christophorus: De plenitudine sum-
mae potestatis 2 Exempl.

20. Mullerus, Nicolaus: Brevis politicae veterum Hebrae-
orum delineatio usque Dissertationis I de personis
imperatoribus et parentibus.

21^{a, b} Mullerus, Petrus: De aucupio femae vulgo ova
Renommée. 2 Exempl. 1691 - 1720

22^{a, b, c} Mullerus, Petrus: De Libris officialium. . . .
3 Exempl. 1691, 1706, 1742.

23^{a, b, c} Mullerus, Petrus: De mandatis ducum militarium
3 Exempl. 1691 - 1744.

24^{a, b} Mullerus, Petrus: De societate universali. 2 Exempl.
1691 - 1712.

25^{a, b, c} Mullerus, Petrus: De verbis ministrantibus non
Fran. Worten. 3 Exempl. 1691, 1716 - 1740

1691.

26, ^{a, b, c}
= Muellerus, Petrus: De litteris reversalibus vulgo
vsa Reversen... 3 Exempt. 1691, 1720-1741.

27 ^{a, b, c}
= Muellerus, Petrus: De stipendiis militum vulgo
Soldaten - Sold.. 2 Exempt. 1691-1715.

28. Muellerus, Petrus: De posthabendo privato
respectu.

10

ulyo





1691, 23^a AS 12
C. D.
DE
MANDATIS
DUCUM MILI-
TARIUM,

VON
Kriegs = Ordre,

PRÆSIDE

PETRO MÜLLERO, ICto,

Consiliario Saxonico & Antecessore,

In Auditorio ICtorum

d. Junii

disputabit

AUTOR

ERNESTUS FRIDERICUS Hendrich/


Nienburgensis.

Jenæ, Literis Bauhoferianis, Anno 1691.

12.

CO
DE
MANDATIS
DUCCUM MILLI
TARUM
Sive Ordine
MILLI
PETRO MILLERICO
in
ERNESTUS TRIDERICUS
1792





C. D.

Prooemium.



Am civiles res, quàm militares bo-
no aliquo Viro indigere, prudenter ait Im-
perator Justinianus in *Novell. 26. cap. 1. circ.
fin.* Nam & anterioribus temporibus sem-
per quidam militares viri in summis con-
stituti dignitatibus, tam militaribus illic
copiis præibant, quàm cæteris auxilio erant. Barbarorum
enim excursions non mediocri opus habent præsidio. Quæ
verò illos concernunt, ea committi debent uni alicui, qui
secundùm leges ipsis præire possit, cum multum intersit in-
ter rectum & perversum ordinem: & omnibus perspicuum
sit, quod militaris quidem res, si sola & per se consistat, ultra
quam decet, efferatur audacia; civilis verò admistum ha-
beat robur militum, infra mediocritatem autoritate careat,
utcunque verò si in idem cum altero concurrat, omnium
perfectissimum & absolutissimum sit, quodque tam ad ge-
rendum bellum, quàm ad tuendam pacem sufficiat. & in
Novella 24. in præfat. ait: Nunquam credidimus, veteres
Romanos ex parvis adeoque minutissimis principiis tam
amplam constituere rempublicam, & totum exinde terra-
rum orbem (pene dixerimus) sibi adjungere, & premere ac
tueri imperio potuisse, nisi majoribus in provincias magi-
stratibus misis, plus ea re dignitatis comparassent, simulque
illis armorum juxta ac legum potestatem fecissent, neque

A 2

NON

non ad utrumque accommodatos & idoneos habuissent, quos quidem Prætores vocabant, permiffa eis tam rei bellicæ administratione, quàm legum perfcRIPTIONE. Atque ita fanè est, Istorum alterum, (leges & arma) alterius auxilio semper eguiffe & tam militaris res legibus in tuto collocatam esse, quàm ipsæ leges armorum præsidio in tuto collocatæ sunt, itidem asserente Justin. in l. unic. pr. C. d. Justinian. Codic. confirm. Penes istos verò præsidet sit *Virtus, Autoritas, Scientia & Felicitas*. Sic enim Virgilius de *Ænea lib. 1. Æneid.*

— — — — — *quo justior alter*

Nec pietate fuit, nec bello major & armis.

ac Cicero in *Cat. Maj. in sententia*, ait, non solum sed nutu etiam resideat *authoritas*. ac cavendum, ultra vires suas quis Ducis bellici munus ne suscipiat, per omnes potius gradus militiæ ad culmen hoc tendat, monente ita Aristotele 3. *pol.* 3. ac felicitas in eo spectanda, quod expertus testatur Cæsar de *bell. Gall. lib. 7. Multum*, inquit, *tum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest*. Nam ut felicitatem fiducia, sic infelicitatem Ducum sequitur pavor militum, quo nil propius est exitio. vid. Francisc. Petrarcha in *tr. d. offic. & virtutib. Imperator. ad Ludovic. Vermium Veronens. exercitus Veneti Imperatorem*. Itaque ejusmodi qualitatibus præditus Dux seu Imperator bellicus militiæ utiliter præest, neque de felici Reipublicæ commodo ac successu desperandum. Hinc de mandatis Ducum militarium agere, res non infrugifera mihi visa est, ut propterea hoc thema elaborandum susceperim, nisi quod doleam, ob discesum, quem jam Superiorum jussu, cui resistere mihi religio est, paro, non ita dignè me valuisse eximiam hanc materiam elaboratione dignari. Faciam tamen, quantum possum, & quidem Capite I. *De Mandatis Ducum militarium in genere;* II. *Quibus dentur.* III. *Materia Mandatorum militarium.* IV.

5.
IV. *Forma*, V. *Effectu*, & deniq; VI. *de Contrariis* agam. Deus dirigat manum lingvamque, ut quicquid scripturus dicturusve sim, ab honestatis justitiæque via ne aberret, neque Divino numini proximoque obsit!

CAPUT I.

agit

DE MANDATIS DUCUM MILITARIUM IN GENERE.

SUMMARIÆ.

I. Unde dicantur Mandata. quid sint in genere. II. Ducum nomine quinam veniant III. Mos Germanorum in eligendo Duce. IV. Appellatione generali Ducum continentur, qui provincia preerant. V. Per Duces militares intelliguntur omnes præfecti rei militaris. Potiores nominantur. VI. Describuntur mandata militarium Ducum. VII. Ducum sunt duo genera. VIII. Quemadmodum homo sine anima esse non potest, ita nec Exercitus sine Duce.

I.

Mandata à mandando & monendo dicta, sunt iussiones superiorum. appellantur quoque monitoria Novell. 21. c. 2. & in jure nostro sunt Constitutiones speciales, quibus certæ personæ, ut præsides, vel iudices monentur, quid eos facere oporteat, seu, quibus muneris aut jurisdictionis eorum forma continetur, ad provinciæ administrationem, morum & disciplinæ curam. vid. Strauchius in *disfertat. d. Statutis à summo Principe seu constitutionib. principum* t. b. 15.

II. Ducum nomine priscis veniunt præfecti rei militaris. De Germanis Julius Cæsar *lib. 6. d. bell. Gall.* ita scribit:

A 3

Cum

Cum bellum Civitas aut illatum defendit, aut infert, Magisteratus qui ei bello praesint, ut vita necisque habeant potestatem, deliguntur. Cujus jungendus C. Cornelius Tacitus: Reges, inquit, ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita aut libera potestas: & Duces exemplo potius, quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. c. 7. de morib. Germ. Priscis temporibus eundem populi eundemq; exercitus fuisse Ducem, ait Aristotel. 5. Pol. 5.

III. *Germanorum populi bellum suscepturi omnino necesse habuerunt unum aliquem, respectu habito ad bellicam virtutem eligere totique exercitui praeficere, quem prout dubio Heertog vel Heertzog dixere, vid. Phil. Cluver. lib. 1. antiqu. Germ. c. 46. Et talis Dux eligebatur a multitudine in Concilio, delectus scuto imponebatur, atque in sublime sustentium humeris elevabatur, inque gyrum circumlatus Dux belli decreti salutabatur: quem eundem morem etiam in regum constitutione a Germanis, ut & a Romanis militibus Imp. declarantibus, adhibitum esse testibus confirmat Cluverius d. c. 46. v. Conring. dissert. d. Ducibus & Comitibus imperii germanici th. 4. ubi th. seq. de potestate illorum Ducum differens, adducit discrepantes Julium Caesarem & Tacitum, quod ille potestatem vitae & necis ipsis adscribat, hic vero lib. 4. histor. c. 15. verbis haec subjiciat: ceterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare quidem nisi sacerdotibus permissum: non quasi in poenam, nec ducis jussu, sed velut Deo imperante; ac concludit: Tacito, cui res germanicae magis perspectae cum fuerint, potiore merito fidem habendam, praesertim cum non verisimile sit ejusmodi temporario Duci plus Germanos tribuisse, quam perpetuo belli Duci sive Regi. Parendum tamen utique fuit Ducum imperatis licet ipsi in inobedientes animadvertere non poterint, nec soli de re alicujus momenti statuere.*

7.
IV. Dicitur est, heic agi saltem de *militaribus* Ducibus, cum etiam apud Romanos nomen Ducis non eandem habuerit significationem. Nam tradente Conringio *d. l. tb. 9.* Ducis appellatio ei primùm tributa, qui exercitum ducebat; postea appellati Duces, qui provinciis præessent præsertim limitaneis, quorum officium fuit præesse rei militari istis in ditionibus vid. Onuphrius Panvinius *lib. 3. comment. d. imper. Roman. 887.* Guido Pancirolus *in not. imper. part. 1. cap. 139.* Idem *thes. var. lection. lib. 1. c. 5. add. l. 2. C. d. offic. præf. prætor.* Superatâ verò à Romanis Germaniâ Cis-Rhenana, eam in plures provincias distribuerunt, iisque vel Duces, vel Comites, vel Duces & Comites præfecerunt. Ita legimus Ducum Germaniæ primæ, Ducem Moguntiacensem, Ducem Sequanicæ, Ducum Rhetiæ primæ & secundæ, Ducem Belgicæ secundæ &c. vid. Notit. Imper. & in eam Panciroll. *part. 2. cap. 25. & seqq.* Lehman. *lib. 1. Chronic. Spirens. c. 9.* De Trans-Rhenanis Germanis doceat Witichindus *lib. 1.* Beatus Rhenanus *lib. 2. rer. german.* Vadianus *lib. 1. d. colleg. Monast. in German. vet.*

V. Per Duces autem militares intelliguntur omnes præfecti rei militaris, non autem speciatim illi, qui eminentiori gradu præsunt. Secundùm excellentiam Dux belli supremus dicitur *der Feldherr* / Eius Vicarius sive legatus, *der General-Obrist.* Lieutenant / Est Magister Equitum *der Feld-Marschall.* Supremus Excubiarum Præfectus, *der Obriste Wachtmeister* / & qui sunt alii, de quibus cap. seq.

VI. Mandata Ducum militarium sunt iussa, quibus milites vel victi monentur, quid ipsos juxta constitutiones in re militari à Superiore sive *to vberoy* habente in Republica, ad morum ac disciplinæ curam, facere oporteat.

VII. Sunt autem gradus inter præfectos rei militaris, ita ut præprimis respiciant supremi mandatum iussa inferiorum,

8.
rum, ut quid hic in causa magni momenti fieri velit illi, diligenter observent. Sive Ducum duo sunt genera. Unum, qui summæ rei imperant, suisque auspiciis & ductu rem gerunt: Alterum, qui ab his constituti sunt Lipsius *s. pol. 15.* Schönborn. *polit. lib. 6. cap. 11.*

VIII. Quemadmodum corpus hominis anima destitui nequit, & potentia corporea illis inferiores subjectaque sunt, quæ in anima resident, à quibus motum recipiunt & operationem; sic in militia ceu vasto corpore, opus est animâ, quæ præsideat, unde in partes subalternas vivacitas derivetur Philipp. Marnix *resol. polit. sect. 2. resol. 41.* Magistratus ergo militiae pro corde est; cui pro oculis consilia, pro brachiis arma, pro pedibus opes sunt: Hunc majestas comitatur cælitus approbata *3. Reg. c. 2. vers. 24.* Ut proinde verissimum sit illud Curtii *lib. 10.* Militarem sine Duce turbam esse corpus sine Spiritu: ac illud Demadis, qui defuncto Alexandro Magno exercitum Macedonum Cyclopi excæcato adæquabat Plutarch. *in Galba,* & illud Taciti *d. morib. German.* plus esse in Duce, quàm in toto exercitu, Ipsius enim Ducis adpectu milites adversum fortuita refoveri solent.

CAPUT II

Tractat

QVIBUS MANDETUR.

SUMMARIA.

- I. Dantur mandata eis, qui in numero militum sunt. II. Milites sunt vel Majores, vel Minores s. Gregarii. Quinam majores sint. III. Superior ordine imperat inferioribus; quilibet in suo regimine. IV. Milites & qui eorum numero sunt non secus ac subditi tenentur obtemperare Ducibus.

V.

VI. ^{9.} *Voluntariis, Ascititiis & Confederatis imperatur.* VII.
Victos quoque mandata capesere fas est.

Th. I.

Mandata hæc primario dantur iis, qui numero militum continentur; Dicitur autem miles persona ad iustum bellum lecta, ut Reipublicæ tranquillitatem armis tueatur. Legere militem priscis temporibus primùm Duces, postmodum soli Imperatores seu Principes solebant, *l. 17. C. d. re milit.* hodiè solent id expedire Commissarii militares, praxi nos ita instruente Schöborn. *lib. 6. pol. c. 15.* Imo olim, ut quis miles esset, debebat esse cinctus, sine cingulo enim nemo militaribus ordinibus dignus æstimabatur Joan Saresber *l. 6. polycratic. c. 13.* hodie pro cinctis & insignitis milites haberi putat Bocerus *de bello c. 11. n. 8.* quando recepti certo armorum genere instructi sunt, licet cingulum illis nullum imponatur.

Th. II. Sunt autem milites vel *Majores*, vel *Minores* seu *Gregarii*. *Majores* sunt Imperator militiæ *l. 2. in pr. §. 1. d. bis, qui not. infam.* Magistri militum *l. 1. C. d. Magist. mil.* Tribuni *l. 12. de re mil.* Præpositi *l. 12. eod.* Centuriones *l. 13. eod.* atque ratione officiorum militarium inter se differunt, ut alii dicantur vel *Pedites l. 17. in pr. C. d. re milit.* vel *Milites navales*, ut *Remiges, Nautæ l. un. d. bonor. poss. ex testam. milit.* Alii quoque sunt, qui oppidi, arcis, locive cujuscunque custodiendi, aut Principis, Senatus, Magistratus publici stipandi causa aluntur, ut sunt *Præsidarii* seu *Castellani*, *Stationarii*, *Limitanei*, *Stipatores*, *Vigiles*; Ita etiam mandata ad illos vel immediatè, vel mediatè diriguntur.

Th. III. *Vicarius Ducis belli* sive legatus omnia mandato & nomine Ducis peragit, quandoque etiam *Magister Equitum* exqui solet ea, quæ hujus sunt muneris. *Supremus excubiarum præfectus*, *der Obriste-Wachtmeister* / excubias ordinat, &

B

edu-

educit, reliquos inferiorum ordinum praefectos in severa disciplina continet. Tesseram militarem acceptam à Magistro Equitum clam distribuit; excitato tumultu, exercitui indicat, quo locorum concertatio fieri debeat.

Th. IV. Mandatur militibus, cuilibet suo praefecto & ordini, quo sunt in regimine equestri, uti est Magister Equitum *der Feld-Marschall* / Ejus Vicarius, Praefectus Equitum, Equestris metator, *der Reussigen Quartier-Meister* / Praefectus excubiarum, Praetor, *der Reuterschafft Profos*, Fronsbergius *lib. 4. Schvvend. in discurs. milit.* In regimine peditum officarii sunt: Magister peditum, Vicarius illius, Tribuni peditum, Decuriones, *die Rotmeister* / Judex generalis peditum, ejusque assessores; Praefectus vigilum, Pedestris annonae structor, *Proviandmeister über das Fuß-Volck* / Metator pedestris: & Executor rerum capitalium *Profos* / Lixarum & Calonum Ductor, apparitor judicis, carceris custos, Lictores. Sunt & aliae personae, non quidem qui actu militant, sunt tamen intra numerum cohortis, & sua opera militiam juvant, uti sunt Quaestor pecuniae summus, qui pecunias conquirat, conquistas asservat & disponit; Supremus annonae praefectus, qui rei frumentariae praest, Supremus rerum capitalium Praefectus *der Obriste Feld-Profos* / justitiae minister, qui delinquentes coercendos tradit Praefectis justitiae inferioribus, Secretarius Ducis belli, v. Schönborn *polit. lib. 6. cap. 15.*

Th. V. Militibus & qui iis accensentur, quibusque convenit leges sibi praescriptas curate servare, & imperata facere, in ore & mente semper sit illud, quod M. Terentius ad Tiberium dicebat: *Nobis obsequii gloria relicta est.* Non secus enim habentur, ac subditi, qui ad obedientiam Dominis suis adstringuntur, iis enim in omnibus praecipitur potest, Gylmann. *decis. Cameral. 46. n. 32.* cogunturque judicium pati Superioris Menoch. *consil. 21. n. 10.* Hinc Zachar. Victor *in tr. d. caus.*

exemt. imper. concl. 37. caput obedientiæ tribus his verbis comprehendit VENI, STA, REDI.

Th. VI. Non minus mandatur *Voluntariis* militibus, qui ul-
tro militant, & voluntariam militiam ingrediuntur, uti olim
ita vocabantur, qui cogi non poterant, cum aliàs ad militiam
cogerentur cives, ut refert Livius *lib. 7. c. 4.* Etiam *Ascititiis* seu
aliunde *lectis*, imò *Confederatis*, secundum conventionis ini-
tæ modum, ne dum sibi licentiam sumunt quicquid uti libu-
erit agendi, Duci, in primis verò Reipubl. damnum acci-
deret irreparabile, atque eo modo Romanos sociis usos
fuisse testis est Polybius, qui *lib. 6. historiar.* ita de illis inter-
prete Lipsio *de militia Romana lib. 1. Dial. 9. Consules*, in-
quit, *denunciant Magistratibus Sociarum in Italia civita-
rum, è quibus auxilia & commilitium habere volunt, signi-
ficantque iis & numerum & diem & locum, in quem conveni-
re debeant, quos legent: At verò civitates similem facien-
tes jam dicto delectum, itemque juramentum adigentes mit-
tunt eos, Praefectum constituentem & questorem.*

Th. VII. Ita principaliter obligant mandata Ducum Mili-
tes, ex accidenti verò etiam *Victos*; nam præterea quod Duces
belli, parta justa de hostibus victoriâ, militum acclamatione
Imperatores salutari consuevissent, jus victoris totum in e-
jus arbitrio posuerunt; ut justum sit, quicquid illi statuere
collibuerit in victos: ita Pyrrhus apud Senecam *in Troad.*
vers. 334. ait:

Quodcunque libuit facere, victori licet.

Informat potius Victorem Claudianus, monens:

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit,

Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Si licet hoc, etiam Dux belli intuitu ejus, cujus auspiciis bel-
lum gerit, mandare potest, quicquid ipsi lubet, modo hone-
stum sit, & hi tenentur obsecundare jussionibus. Victori-
bus

12.
bus considerandum, non tam quid victos pati, quam quid
victores facere conveniat.

CAPUT III


comprehendit

MATERIAM MANDATO- RUM MILITARIUM.

SUMMARIA.

- I. *Objectum Mandatorum militarium varia, imò pene innu-
mera sunt.* II. *In terrestri militia plerumque concernunt
Milites & Equites. Lectus miles longè melior videtur Con-
ducto.* III. *Exercitia Militum. Prasente Duce nullum sub-
terfugiunt laborem milites.* IV. *Exercitia bellica navalia
videntur à terrestri diversa.* V. *Lustratio militum in-
stituenda.* VI. *Prout Exercitus per terras ducitur, ita man-
datis opus est. Quando per proprias terras ducitur, qualia
præcepta observanda.* VII. *Si per aliorum territoria, qua-
nam observanda.* VIII. *Per ditionem hostilem ducens exer-
citus, non semper rei suæ consulit, si devastationem per-
mittit militibus.* IX. *Excubia circumspèctè observanda.* X.
Plurimum momenti est in Instructione Aciei. XI. *Mandata
in actu prælii sæpius deliberatione destituuntur.* XII. *Manda-
ta post prælium respiciunt vel obtentam victoriam, vel quod
stragem passus sit Exercitus.*

Th. I.

 *Objectum sive materia mandatorum militarium
penè infinita est, ut vix memorari posse videatur.
Quæcunque tandem sint, licet in genere asserere,
quod secundum distinctionem militum & officio-
rum negotia concernant vel Militiam Terrestrem, quæ con-
sistit in Equitibus & Peditibus; vel Navalem, vel Exercitia, Ar-*

MA

ma, Lustrationem, Instructionem Aciei, Actum Prælii, consequentia præliorum, & quæ sunt talia.

Th. II. Mandata in Terrestri militia pleraque concernunt Equites & Pedites, quorum illi, teste Vegetio *libr. 1. d. re milit. c. 1.* campos servant; Hi colles, urbes, plana & abrupta; Ultriusque generis militibus mandata dare prudentis Ducis est, Miles enim domesticus & *Lectus* longè melior est & tractabilior *Conducto* & extraneo, cum hic ob stipendium militet Duci, cum quo nulla necessitudo ad Patriæ amorem & felicitatem intercedit, ut parum ipsi curæ sit, quis tandem belli eventus sive faustus sive infelix expectetur; Illi verò cura major est, quò Respublica, & simul conjux, liberi, domus sua ac bona defendantur ac liberentur. Cum tamen *Lectus* miles bello gerendo sapius non sufficiat, Dux belli circa mandata Militibus *Conductitiis* danda cautior & perspectior esse debet. Sanè olim in Germania non peregrino milite, sed domestico, teste Tacito *3. Histor.* pugnatum est, eoque Vires Germanicæ, quamvis non arcibus, non castellis, non munitis urbibus aut armis idoneis munitæ fuerint, & populis nulla esset communis respublica, non terribiles duntaxat infinitis Romanis copiis fuerunt, sed tandem & superiores. Ne dicam alio atque alio modo cum auxiliaribus copiis esse agendum, non enim minus periculi metuendum à militia socia, quàm à *Conductitia*; hæc ex prædop^o Livii *libr. 25. cap. 13. caveatur à Ducibus, ne ita exteris creant auxilium, ut non plus sui roboris suarumque propriè virtutum in castris habeant.* De Philippo Macedonum Rege Justinus *lib. 8.* refert, *auxilium inferioribus ferendo victos pariter victoresque subire Regiam servitutem coegisse.*

Th. III. Mandatorum militarium objectum primarium penè respicit exercitia militum, eos enim sine exercitio detinere & Duci & Reipublicæ esset quàm maximè perniciosum.

B 3

Ipse

145

Ipse quoque intersit Dux ad majorem sibi met ipsi conciliandam
autoritatem & amorem aucupandum. Prævio Duce omnia facere nullum
refugiunt laborem aut periculum milites; Conspiciens enim aliquis
Ducem suum in re atrectanda omnium principem, festinandum esse
animadvertit, cessare erubescit, imperatisque non parere veretur;
nec jam ut servus, aut imperio subditus, sed commilitonis instar, ad
opus quo provocatus accedit, Onofander *de optim. Imper. cap. 42.*
Et sapienter admodum, Rege suo extra regiam in campum producto
Synesius; *Ibi cum equitibus equitem se præbebit, cum peditatu decurret, in
legione erit legionarius, cum cetratis cetratus, in levi armatura sagittarius, ut
communicatione operum adducantur singuli ad sodalitatem vivam; neu hac
parte ille simulator sit, appellando commilitones, seu ut concionantem
agnoscant, & testentur ex ipsis factis pronunciarum nomen. Fortasse
agrè fers, quod labores tibi imponimus. At tu mihi crede, Regium corpus
minimè attingunt labores. Quem enim non latent labores, eum ne
utiquam vincunt labores. Imperator autem dum corpus exercet, dum
foris excubat, dum armis juventam ornat; quicquid ubique est
populorum, id tum ille pro theatro habet. Nam & presentium oculi
in hunc convertuntur, neque alio aspicere quicquam sustinet,
dum ab Imperatore coram aliquid, & in conspectu ipsorum geritur,
& absentium aures personant, quocunque facit Imperatoris; statim enim
illud cantu celebratur. Et dum agit Dux, ipsi mandatorum
abunde est.*

Th. IV. Alio atque alio modo militia *Navalis* instruitur, ut inde
exercitia bellica videantur à terrestri paululum diversa; de quibus
in genere Vegetius *d. re militar. lib. 5. cap. 14.* *Multa quidem armorum
genera prælium terrestre desiderat, sed navale certamen non solum
plures armorum species, verum*

13.
verum etiam machinas & tormenta flagitat, tanquam in
muris dimicetur & turribus. Quid enim crudelius congres-
sione navali, ubi & aqua perimuntur homines, flammis? Prae-
cipua ergo debet esse tegminum cura, ut cataphracti vel lori-
cati, gladiati etiam, & ocreis muriti sint milites.

Th. V. Mandant Duces in actu lustrationis, quem Pro-
batoriam militum vocant, vid. Bocerus lib. 1. d. bello cap. 9.
n. 3. ubi de qualitate & aptitudine militum cognoscunt, inepti
rejiciuntur, ceteri de novo inscribuntur in peculiarem cata-
logum, explorantur mores & arma, ut utrum vere tanto ope-
ri apti sint, possit cognosci; praeterea singulis annis, imò sin-
gulis pene mensibus, in decedentium locum juniorum turba
succedit, ne exercitus, quamvis copiosus exhauriatur, Veget.
lib. 3. cap. 3. sed milites non nisi probati recipiuntur in mili-
tiam l. 1. C. qui milit. poss. l. 17. C. d. re milit. Si qua ulla in cau-
sa militari mandata vim suam exerunt, fit hoc in hac proba-
toria; ubi dispiciendum an exercitatus quis sit, an laboribus
assuetus, cui generi armorum aptus.

Th. VI. Uti providè circumspiciendum est Duci, quomo-
do & per quas terras ducat Exercitum suum, ita mandata sua
eò prudenter dirigat. Si ducitur Exercitus per terram Domini,
cujus auspiciis aluntur milites, praecipuum Alexandri Severi,
quod Tribunis militum praescripsit, inter prima primum est:
*Si vis, inquit, Tribunus esse, imo si vivere vis, manus militum
contine: Nemo segetes atteret, nemo salem, oleum, ligna au-
ferat: Nemo ovem alterius rapiat: Annona sua contentus sit
miles. E praeda hostium, non in lacrymis provinciarum ha-
beat: Lamprid. in Alex. Eiusdem generis tale praecipuum:
quia vis armato praesse, parcissime commeatum dare, equum
militarem extra provinciam duci non permittere, ad opus pri-
vatum, piscatum, venatum, militem mittere non debetis l.
12. §. 1. d. re milit. nec non illud: Milites in castris contineto.*

Ad

Ad exercitationem producito, claves portarum suscipito: Vigiliis interdum circumito: Frumentationibus commilitum interesto: Frumentum probato: Mensorum fraudem coerceto: Delecta secundum suæ autoritatis fraudem coerceto. Principiis frequenter interesto. Valetudinarios inspicio. l. 12. §. ult. d. re milit. Generale præceptum est: ut milites contenti stipendiis neminem concutiant, neque calumnientur Luc. 3. Eiusdem generis præceptum dederunt Impp. Constantinus & Constans: Ne quis Comitum vel Tribunorum, aut prepositorum, aut militum nomine Salgami gratia culcitrans, lignum, oleum, à suis extorquent hospitibus: sed nec volentibus hospitibus, in prædictis speciebus aliquid auferat. Sed provinciales sint ab hac præbitione securi: Tribunis, Comitibus, vel certe prepositis militibusque gravi vexationi subjacentibus l. un. C. d. salgamo hospitibus non præstando.

Th. VII. Si milites ducantur per aliorum territoria, qui sunt Amici, Dux conductum prius impetret necesse est, quàm pedem cum copiis suis in alienâ figat provincia. vid. Hortled. d. caus. belli german. lib. 4. c. 5. n. 9. cap. 9. n. 4. 5. mandataque eò dirigat, ut juxta Novellam 130. primum & maximum sit, ut inculpabiliter exercitus in itineribus versetur & innoxietas atque indemnitas collatoribus custodiatur. Vid. R. Imper. d. anno 1570. §. Wir oder Ich N. ibi: Zum andern/das sie (die geworbene Soldaten) an ihrem An- und Durchzügen niemand beleidigen/beschädigen noch beschweren/auch nicht hauffen sondern einzig und Rottenweise/als lang sie des Reichs und dessen Schirms verwandten Boden berühren/ziehen/ die Unterthanen mit schädlichem Stilliegen nicht beschweren &c. add. R. J. de anno 1576. Zum andern haben wir. verb. damit die hochschädliche Mißbräuche in werben und durchführen der Kriegs-Leute mit Land-verderblichen Schaden des gemeinen Manns endlich abgeschaf-

Schaffet werden sollen / wohlbedächtigt statuiret &c. confer. R. J. d. anno 1598. §. betreffend / daß die Durchzüge. item R. J. d. anno 1641. §. die Durchzüge / & denique das project der erneuerten Executions-Ordnung c. 6. ibi: und damit die Officirer gute disciplin und Ordnung zu halten / und ihre untergebene Soldaten zu der Schuldigkeit zu vermögen sich um so viel mehrer angelegen seyn lassen sollen.

Th. IX. *Per ditionem hostilem ducens exercitum non semper rei suæ consulit, si devastationem permittit militibus. Laudabilis animus Alexandri Magni, qui ut in hosticum venit, milites à populatione Asia prohibuit parcendum suis rebus præfatus, nec perdenda ea quæ possessuri venerint. Justin. lib. 11. c. 6. qua ratione ceu modestiâ mire profici ad belli summam testatur Plutarchus in vita Flamini: Ubi intellexit Philippum Quintius fugæ simili transitu Thessaliam transcurrisset, ubi homines sedibus suis excitaverat in montes, oppida incenderat, res quas ferre secum homines præ copia vel pondere non poterant, militi concesserat in prædam: Romanis jam quodammodo regionis possessione cedens, Quintius enixè hortatus est milites, ut in transitu velut suæ jam ditionis ac concessæ haberent rationem. Hujus moderationis suæ brevi post fructum cepere. Nam ut Thessaliam attigerunt, defecerunt ad eos urbes. Alii intra Thermopylas incolentes Græci, optabant & animo gestienti desiderabant Quintium, Archæi renuntiato Philippo fœdere societatem contra eum cum Romanis decreverunt.*

Th. X. Versantur Mandata circa Excubias, nam sedulo mandet Dux bellicus, ut ex omni, qua fieri potest, diligentia observentur, imò ipse Dux ipsas subinde visitet, namque in excubiis publica salus belli consistit, dum non solum Dux, sed & totus exercitus, dum somnum capiunt, vigilantia eorum, qui excubias agunt, se concredunt, ut ait Jacob Comes

C

Pur-

Purpiliar. lib. 2. d. re milit. §. 24. & Jul. Ferrer. d. re militar. tit. d. explorat. & excub. Ejusmodi militibus ad excubias destinatis distribui solet signum, quo ab aliis internoscantur, quod *Tesseram* solebant appellare. Solebat namque Tribunus signum ex ore Imperatoris acceptum tabellæ inscribere, & Tesserario dare, quam ipse ad Centurionem suum deferebat, eique in tabernaculo presentibus militibus sui manipuli tradebat: Centurio ille acceptam proximi manipuli Centurioni dabat: iste iterum proximi, donec ad omnes perventum esset. Ipsi porro Centuriones lectam militibus enunciabant, quorum vigilandi vices erant. vid. *Lipius d. milit. roman. lib. 5. tit. d. vigiliis. Staravols. Institut. rer. militar. lib. 3. cap. 17.* Et hodie de hac tessera cavetur *Constit. militar. Maximiliani II. art. 38.* ut quisque miles eam diligenter observet.

Th. XI. Mandatis opus est circa *Instructionem aciei*, cum in hac plurimum momenti sit: Si sapienter disponitur, plurimum juvat; si imperitè, quamvis optimi bellatores, mala dispositione franguntur. *Veget. lib. 3. cap. 15.* De Ordinatione Legionis in acie sive de acie legionis *Boeclerus in disert. d. Legionem Romanam cap. 6.* ait: In acie *Hastati* primo loco, proximo *Principes*, post hos *Triarii* collocabantur. Sicuti *Livius lib. 7. cap. 8.* diligenter describit. idque vel ex proverbio, *rem ad triarios rediisse*, apparet. *Vegetius* quidem *lib. 1. cap. 20. & lib. 2. c. 8. lib. 3. c. 12. & 13.* *Principes* primo loco, *Hastatos* secundo, tertio itidem *Triarios* ponit. Loquitur scilicet de temporibus minus antiquis, id est *Cæsarum Romanorum*.

Th. XII. Varia, penèque infinita sunt Ducum militarium mandata in *actu praelii*, quæ sapius deliberatione destituuntur. Interim eò respiciat Dux, ut omnes incedendi ordinem servent: ut æquali legitimoque spatio miles distet à milite

lite Veget. lib. 1. c. 26. Quandoque occasio est utendi stratagematibus, quibus uti consentaneum est omni juri. Sic enim 2. Samuel. 5. Ipse Deus Davidem, ut Philistinos è tergo adoriretur, jussit; omnesque gentes stratagematibus usæ sunt, & adhuc dum utuntur Lipsius polit. l. 5. cap. 17. Besold. d. bell. c. 5. n. 10.

Th. XIII. Mandata militaria post prælium peractum respiciunt vel *obtentam victoriam*, ubi cavendum, ne citò nimis milites diffundantur in prædam. Equidem cum hostis, adversæ Reipublicæ subditus, malam rem imprecetur, nihil injusti est, si spolia etiam ipsi detrahantur. Benè in hanc rem Zieglerus in notis ad Grot. lib. 3. cap. 13. §. 1. Sanè, inquit, quia subditorum semper eadem præsumitur causa, eademque mens & animi sententia, quæ est Principis, & sic omnes Principem suum bello lacesitum defendere velle creduntur, nulla fiet injuria ejusmodi subditis, si eorum bona bello capiuntur, & in ipsos quoque vindicta exerceatur. Vel res eò devenit, ut stragem passus sit exercitus; quo infelici casu Dux bellicus infortunium dissimulet, quantum poterit. Exercitu caso profligatoque nihil actum esse videtur, dummodo adhuc solus supersit Dux.

CAPUT IV.

agit

DE FORMA MANDATORUM MILITARIUM.

SUMMARIA.

I. Forma mandatorum militarium consistit in ipsa jussione. II. Non omnia mandata in aperto fieri expedit. III. Mandata debent esse cum prudentia conjuncta. IV. Antequam mandatum emittitur, consilio res expedienda. Sententia Bacon. de Verulamio affertur. V. Qui comitatem cum magnanimitate jungere callet,

G 2

Dux

*Dux est prudentissimus. VI. Pro diversis obsequentium moribus
Dux bellicus mandata sua dirigat. VII. Magna vis accedit man-
datis, si Dux bellicus presens sit, & primus ineat manum, & postre-
mus ponat martem. VIII. Dux bellicus mandata sua ad bonum
publicum dirigat, nec nimium fidat favori militum.*

Th. I.

Forma mandatorum militarium consistit in ipsa
iussione Ducum, quæ debet esse sensibilis & ex-
terna; sicuti lex est norma actionum civilium,
quæ rectibili applicetur, prout loquitur D. Strau-
chius *in disertat. d. Statutis à summo Principe thes. 33.*

Th. II. Quemadmodum verò consilia bellica occul-
tissimè habenda, nulla enim consilia meliora sunt, quàm il-
la, quæ ignorat adversarius antequam facias Valer. Max. *lib.*
3. cap. 26. ita non omnia mandata in aperto fieri expedit.
Quando enim consilium cum adversariis proditum cogno-
vit Dux bellicus, dispositionem mutare convenit Veget.
lib. 3. cap. ult. & hic prudentia opus est.

Th. III. Mandata debent esse cum prudentia, quæ est
ars vivendi & bellandi, ut medicamenta valetudini Princi-
pis & Rempublicam gubernanti præcipuè necessaria, h. e. ju-
re rationeque belli conjuncta. Julius Cæsar *in bell. gallic. l. 4.*
in bellicæ rationis mentionem incidit, *ibi: monuitque, ut
rei militaris ratio, maximeque ut res maritima postularent,
ut quàm celerem atque instabilem motum haberent, ad nu-
tum, & ad tempus omnes res ab iis administrarentur.* Et
Hirtius in bello Africano: Non est visa ratio propius acce-
dendi eo die ad oppidum, quoniam ibi præsidium grande
Numidarum.

Th. IV. Antequam mandata dentur in re magni mo-
menti, consilium expetendum; meliusque est consiliis & actu
res externas moliri. Egregiè Baconus de Verulam. *in serm.*
fidel.

fidel. cap. 19. hunc in modum differit: Verumtamen & hoc verum est, moderni temporis prudentiam, circa Principum negotia tractanda, in hoc potissimum versari, ut conquirantur magis & aptentur remedia periculorum, cum ingruerint, quam, ut prudentia solidâ & constanti summoveantur, ante quam impendeant. Verum, hoc nihil aliud est, quam in agone cum fortuna experiri. Caveant autem homines, ne obdormiscant circa turbarum materias primas, & inchoamenta. Nemo siquidem scintillam incendium parituram, prohibere potest, nec regiones metiri, unde eruptura sit. Principibus frequenter accidit, ut contradictoria planè appetant, sicut rectè Tacitus: Sunt plerumque Regum voluntates vehementes, & inter se contraria: At potentia nimia solæcismus est, credere, se posse finem rei pro arbitrio assequi, neque tamen media procurare.

Th. V. Circa mandata comitatem cum magnanimitate conjungere qui callet, Dux est prudentissimus. Fastus & Supercilium maximè nocent. Unde optimi prædicantur, qui ipsi non per saltum ad superiora munera promoti sunt; nam ipsi melius mandare norunt, quibus ipsis olim mandatum est: Hujusmodi Magistratus, Judicio Luciani in libro: *Quomodo historia scrib. similes esse videntur seruo recens locupleti facto, qui domino suo nuper in bonis successit; qui neque vestem novit, quo pacto induere debeat; neque cœnam ex more & legitime capere novit: sed sæpenumero irruens, gallinis, & suillis, & leporinis appositis; pro iis pulmento aliquo aut salsamento oppletur adeo, ut ingurgitando rumpatur.* Sanè universas virtutes extingvit ingruens fastus.

Th. VI. Pro diversis obsequentium moribus Dux bellicus mandata sua dirigere norit, nec etiam temerè dixit Martialis:

Principis est virtus maxima, nosse suos.

C 3

Agen-

Agenda enim sunt omnia, adhibita consideratione, iudicio, consilio, conscientia & ubique præcipua honesto tribuenda. Quod Chrysostronus *orat. 2. de Sacerdotio* dixit, huc non immeritò admittendum: *Si leuius agas cum eo, cuius ingenium non mediocrem postulat asperitatem, neque profundiorum ictum inferas, ubi is necessarius sit, partem vulneris putrescentem exsecando sustuleris, partem verò reliquam non persanaris. Contra si durius illato ictu, ut oportuit, tentes sectionem, non rarò desperatione succumbens doloribus, semel omnibus projectatis, & medicamento, & ligamentis, sese præcipitem ferendum dederit contrito iugo, dirupto vinculo. Equidem complures recensere queam, qui in extrema, veluti naufragio factò, mala devenerunt, quod par criminibus pœna postularetur.*

Th. VII. Magna vis est mandatorum, si Dux bellicus præsens sit & primus ineat manum, ac postremus ponat martem, ut Silius de Annibale *lib. 1.* id egisse affirmat, & de Johanne Comneno Choniates *lib. 1.* *Neque enim consilio duntaxat & ingenii solertia valebat; sed primus etiam ea quæ Ducibus & legionibus mandabat, exquebatur.* Idem præstat libro Herodiani *3. cap. 6.* Imperator Severus, qui iter faciebat sine intermissione, neque festos dies, neque labores ullos magnopere curans, algoris atque æstus juxta patiens, sæpe etiam per altissimos montes hieme sæva, nivibus cœlo ingruentibus, ibat aperto capite; ut milites ad alacritatem patientiamque laborum reipsa cohortaretur. Quocirca non metu quodam ac lege, sed amulatione magis atque exemplo principis ad perferenda omnia incitabantur. Atque sic præeuntem Imperatorem nullo unquam casu destituit miles. Gruter. *ad Tacit. lib. 14. annal. cap. 24.*

Th. IIX. Dux bellicus mandata sua semper posthabito privato commodo ad Principem, aut eum, cuius auspiciis bel-

bellum geritur, bonumque publicum dirigat, neque fortunæ aut militum favori nimium fidat; memor illius, quod potentia rarò sunt sempiternæ:

*Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo tam Reges habuit faventes
Crastinum ut posset sibi polliceri.*

CAPUT V.

agit

DE EFFECTU MANDATORUM MILITARIUM.

SUMMARIA.

- I. Mandata Ducum obligant milites ad sui obedientiam. II. In eos, qui negligunt mandata, graviter animadvertendum. III. Qui in bello rem à Duce prohibitam facit, capite punitur, etiamsi res bene cesserit. IV. Referuntur exempla. V. Non solum supremo belli Duci, sed & Inferiori sibi præposito obedientiam debet miles. VI. Adeo sancta debet esse militi persona sui præfecti, ut ei castigare se volenti resistere sibi fas ducere non debeat.

Th. I.

Mandata Ducum obligant milites ad sui obedientiam, propter juramentum, quod præstiterunt ab initio in militiam adsumti; Et sanè gravissimum contumaciæ crimen est in milite, quod & perjurium involvit: Miles enim Duci juramento obedientiam pollicitus est. vid. tit. 24. Von aller und ieder Officierer und Soldaten zu Ross und Fuß / Eyd und Pflicht-Leistung art. 10. jur. militar. Svecic. quam si non præstat, contra juramen-

24

mentum agit, & perjurus est, Obrecht *diff. d. disciplin. militar. thes. 969.* Et corrumpitur ac dissolvitur omne officium Imperatoris, si quis ad id, quod jussus est, non obsequitur, & mandato Ducis non considerato pro arbitrio agit. Ergo mandatis Ducum obtemperandum est, nihilq; præter mandatum faciendum. Hinc Manliana imperia in bello ubique fere locum inveniunt, de quibus Livius *lib. 8. cap. 7.* Et in bello, inquit Modestinus *l. 3. §. 15. d. re milit. qui rem à Duce prohibitam fecerit, aut mandata non servaverit, capite punitur.*

Th. II. Mandata militaria si qui negligent, graviter in eos animadvertitur, *qui à fossato recedit, capite puniendus est,* inquit Modestinus *d. l. 3. §. 4. d. re milit. & pœna capitalis in omnem militis contumaciam constituta l. 6. §. 2. d. re milit. Ayala d. jur. & offic. bell. lib. 3. c. 80. n. 3.*

Th. III. Qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur, etiamsi res benè cesserit *l. 3. §. 15. d. re milit.* Unde liquet, si Dux edixisset, ne quis extra ordinem in hostem depugnaret, ne quod damnum pateretur Respublica, & aliquis repertus esset ejus temeritatis, ut insuper habito illo edicto, cum hoste in arenam descenderit, eum nihilo excusatiorem esse, si victoriam ab hoste reportavit. Videri quidem alicui posset, hunc pœna afficiendum non esse, quòd hoc casu cesset ratio mandati per vulgarem regulam juris: Cessante legis ratione cesset & legis dispositio. Verùm rectè restringit hanc regulam Sutholt *disfert. 1. aph. 10.* ut tum demum procedat, quando ratio & finis legis cessat in communi sive universaliter, non item quando particulariter. Quamvis enim hoc casu partâ victoriâ cesset periculum salutis publicæ, quod ex ejusmodi temerario conflictu metuebatur, non tamen in universum cessat; cùm alii atque alii hoc exemplo audaciores facti eadem temeritate hoste laces-

sito

sito totum exercitum partemve ejus inconsultis præliis implicare, & per hoc in præsentissimum periculum salutem publicam deducere possent. Res igitur mali exempli omnino vindicanda v. Grot. *d. jur. bell. & pac. lib. 3. c. 18. n. 1.*

Th. IV. Et complura ab omni ætate extant monumenta strenuorum belli Ducum severissimè in contemptores suorum mandatorum, quantumvis rem optimè gessisse videbantur, animadvertentium, in tantum, ut quandoque nec propriorum filiorum sua mandata temerantium delictis pepercisse legantur, adeo ipsis disciplina castrorum antiquior fuit caritate liberorum, ut dicitur *in l. 19. §. 7. d. postlim. revers.* Hujus rei aliquot præstò sunt exempla: Posthumius Tiburtus & Maenius Torquatus, filios etiam ab hoste provocatos & victores, jusserunt occidi: quòd non expectato Imperatoris jussu pugnassent. Apud Thebanos Epaminondas simili de causa in Stesibrotum filium animadvertit: hoc amplius addito, quòd corona filio imposita cervicem amputarit, ut simul violatæ disciplinæ poenas & de Lacedæmoniis victoriæ laudem reportaret. Hi Parentes naturæ, patrioqve amori, ait Cicero, anteposuerunt Jus Majestatis atqve imperii: & dolore suo sancire voluerunt militaris imperii disciplinam exercitumque, in gravissimo animadversionis metu continere, & salutem civium prospicere, qua intelligebant contineri suam. v. Obrecht. *disput. d. disciplin. milit. th. 972. & seqq.* Ayala *d. jure & offic. bell. d. c. 10. n. 6.*

Th. V. Non solum supremo belli Duci, sed & Inferiori sibi præposito obedientiam debet miles sub prædicta (capitis) poena. *lib. 6. §. 2. d. re milit. vid. Holländisch Kriegs-Recht artic. 47. ibi: Ein Soldat der sich weigert dem Befehl seines Hauptmanns / oder anderer / die Ihm den General Statem zu Dienst zu commandiren haben / nachzukommen / soll am Leben gestrafft werden: Ebener massen sollen gestrafft werden /*

D

die

die das Gebot / welches der General durch Trummelschlag
 oder Trompetenklang hat verkündigen lassen / übertreten. Qui-
 bus adde Schwedisch Kriegs-Recht t. 4. von Jeho Königl. Ma-
 jestät/Respect/auch Dero Höhen und Nieder Officirer autori-
 tät und commando, und der Soldaten gebührenden allerun-
 terthänigsten Gehorsam / so sie deroselben und denen respe-
 ctive zu leisten schuldig seyn. Dänisch Kriegs-Recht art. 7.
 Ein ieder / niemand ausgenommen / soll unsere verordnete
 Commissarien, als uns selbst ehren / und denselben gehorsam
 seyn: Gleicher gestalt sollen auch alle andere Officirer und
 Soldaten dem General-Feld-Marschallen gehorchen / und
 dasjenige / so von Ihnen befohlen wird / verrichten: Diesem
 nach sollen auch alle von Adel und Unadel / hohe und unter-
 Officirer / ein ieglicher seinem Stande und Commando nach /
 gehorsam seyn / und sich willig finden lassen / es sey bey Tag o-
 der Nacht / zu oder von dem Feinde / in Besatzungen / in Be-
 lägerungen / im Felde / auf Zug oder Wacht / zu Land oder Was-
 ser / und sich allezeit / wie es die Gelegenheit erfordert / mit gan-
 zen und halben Fahnen oder Kotten gerne gebrauchen lassen:
 Wie denn auch schuldig seyn / alle Arbeit und Gebäude / gegen
 des Feindes Gewalt / zu thun / und zu vollenden / alles unter
 Straffe des Mein-Ends / des Lebens / und der Finger / nach des
 Kriegs-Raths und der Stand-Rechten Erkänntnis / im Fall
 die Nothdurfft und das Verbrechen darnach ist / vid. Ayalam.
*d. jur. & offic. bell. lib. 3. cap. 10. Obrecht d. disciplin. militar.
 tb. 969. & seqq. Ferret. d. re milit. tit. d. juram. prest. à milit.
 num. 10. & 14. Petrus Pappus à Tratzberg. ad d. artic. 47.
 jur. milit. Hollandic.*

Th. VI. Adeo sancta debet esse militi persona sui præ-
 fecti, ut ei nec castigare se volenti resistere sibi fas ducere
 debeat Ayala *d. cap. 10. num. 2. Decian. d. cap. 15. num. 57. 58.*
 Hinc miles, qui Centurionis se castigantis vitem (est autem
 vitis

vitis centurionum & aliorum militum ducum principumque
 insigne, quam *κνήμα εκατοντάρχου* vocat Plutarch. in Galba,
 id est, vitem centurionalem Gothofred. *ad l. 13. d. re mili-*
tar. §. 4. n. 59.) tenuit, militiam mutavit; si verò ex industria
 fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur *d. l. 13.*
§. 4. d. re milit. Kaysers Maximil. II. Articul. - Brieff *art. 13.*
ibi: Wo auch einer oder mehr auf Züge und Wachten durch
 einen andern Befehls-Mann aus billichen Ursachen/ und
 darum/ daß er anders thut/ denn Ihm als einem Kriegsmann
 gebührt / gestrafft wird/ und Er sich gegen ihm retieren / oder
 zur Wehr stellen/ oder mit schmählichen Worten einlassen wür-
 de/ der soll darum nach Erkänntnis des Obersten und des Rech-
 tens gestrafft werden. Schwedisch. Kriegs-Recht *artic. 23. &*
segg. Würde sich aber zutragen / daß einer unsern Feld-Mar-
 schallen (idem in aliis eo inferioribus *artic. 25. 29. & 30.*) an
 Ehr und Redlichkeit angreifen / oder mit gewapneter Hand
 sich im Zorn ihm widersetzen solte / könnte auch dessen gnugsam
 überführet und überzeuget werden / er habe Ihme gleich am Lei-
 be Schaden zugesügt oder nicht / der soll andern zum Abscheu
 am Leben unnachlässig gestrafft werden / würde auch einer nur
 mit der Hand nach ihm schlagen / er erreiche ihn damit oder
 nicht / der soll dieselbe verwirckt und verlohren haben.

CAPUT VI & Ultimum

continet

CONTRARIA.

SUMMARIA.


- I. Quando Duces planè conivent, aut mandant aliquid, ad quo-
 rum observantiam de jure non adstringuntur milites. II.
 Si arces aut naves bellicas defendendas cum hoc suscepisset

D 2

mi-

miles, ut spe nulla defensionis & incolumitatis superstitie unà cum munitionibus aut navibus fidei suæ commissis mori & deleri malit, quàm contra fidem Duci datam eas incolumes hostium potestati dedere, ad id servandum non tenetur. III. Quando Duces fiunt Rebelles, milites eorum mandatis amplius obedire non tenentur.

Th. I.

ontrariatur militaribus mandatis, si Duces aut plañè connivent, aut mandant aliquid, ad cujus observantiam de jure non adstringuntur milites; Prioris generis est, quando Praefectus indulget actionibus, cum noverit eas moderamine opus habere, neque punit, modò sibi milites devinciat; quæ indulgentia corrumpit homines, ut dictis inobedientes publicæ rei quàm maxime noceant.

Th. II. Ad Mandata legi naturæ obstantia non tenetur miles; ut si arces aut naves bellicas defendendas cum hoc mandato suscepisset, ut spe nulla defensionis & incolumitatis superstitie unà cum munitionibus aut navibus fidei suæ commissis mori & deleri malit, quàm contra fidem Duci datam eas incolumes hostium potestati dedere; cum nec volens ita se adstringere queat, potestate in seipsum destitutus, sive dominium in vitam suam non habens, ut neque eam sibi in se adimere, neque ad adimendam obligare queat Grot. d. jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 21. num. 11. & libr. 3. cap. 2. num. 6. Leonard. Less. d. just. & jur. lib. 2. cap. 4. dub. 10. Neque Superioris mandatum militem excusare poterit. Rectè Tertullian. Satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secundum Apostoli præceptum, subditos Magistratibus, Principibus & potestatibus, sed intra limites discipline. In Martyrolog. Sylv. Martyr. Idcirco Romanas leges

Contemnimus, ut jussa divina seruemus. Gröt. d. jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 26. num. 3. Et licet vitam suam pro defensione patriæ devoverit, obligatio tamen ad committendum factum ejusmodi non præjudicat obligationi, qua quis Deo adstrictus est, v. Pufendorff. in element. Jurisprud. univers. lib. 1. def. 13. §. 19. Ubi enim definit potestas Superioris, ibi cessat inferioris obsequium, ubi imperium extenditur ad inhonesta, inhonestum est obsequium & obligatio contradictoria Hennings in observat. ad Grot. d. j. b. & p. lib. 1. cap. 4. Huc pertinet dictum Augustini in can. 97. caus. 11. qu. 3. ipsos humanarum legum gradus advertite? Si aliquid jusserit curator, nonne faciendum est? tamen si contra Proconsul jubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis majori servire. Nec hinc debet minor irasci, si major prælatus est. Rursus, si aliquid ipse Proconsul jubeat, & aliud jubeat Imperator, num quid dubitatur illo contempto huic esse serviendum? Et si aliud Imperator, & aliud Deus, quid judicatis? Omnis ergo actus directè & immediatè ex propria natura tendens ad mortem, est illicitus, nulloque modo reddi potest bonus Didac. Covarruv. lib. 1. cap. 2. num. 8. var. resol. & mortale crimen inducit c. si non licet. 23. qu. 5. Augustin. lib. 1. d. civit. Dei c. 20. 21. Johann. Loccenius de jure maritim. lib. 3. cap. 9. num. 3. refert, Gustavum Magnum, de quodam sui temporis præfecto navis, se & navem flammis tradente, ne in hostium veniret manum, dixisse: *Erga me & regnum masculè & fideliter, erga seipsum sceleratè egit.*

Th. III. Quod si Duces perfidiosi & rebelles fiant, seu contra Principem, cujus auspiciis bellum geritur, insurgant, jugum imperii excutiant, ac data fide neglecta plane ab eodem deficient, iis casibus milites, etiamsi juraverint, se quovis modo obedientiam Ducibus præstituros, liberantur à vinculo obsequii, neque ipsis ob stare potest Ducis manda-

tum; potius voluntati imperantis obtemperando gravissimè in Deum peccant. Itaque Duces ejusmodi nihil jubere amplius valent, & nemo ad obsequium adstrictus est.

TANTUM!

Corollaria.

- I. *Ecclesia contra Ecclesiam non prescribit 30. annis.*
- II. *Per sententiam Judicis dominium non transfertur.*
- III. *Uxor ratione dotis statim à die nuptiarum tacitam in bonis mariti habet hypothecam.*
- IV. *Venditor in mercibus venditis & traditis tacitam hypothecam non habet.*
- V. *Concesso salvò conductu extinguitur exceptio loci non tuti.*
- VI. *Exceptiones dilatorie judicium atque processum ipsum differentes, non nisi ante litis contestationem opponi debent.*
- VII. *In pœnali stipulatione à prestatione pœne non liberatur promittens, etiamsi summam diligentiam in procurando eo, quod sub pœna promisit, adhibeat.*
- VIII. *Fidejussor etiam principalem obligationem potest præcedere.*
- IX. *Novatio non inducitur presumptionibus, sed tum demum fit, si hoc expressè actum sit.*
- X. *Accusatio publici criminis forensi & extraneo non est concessa.*



Mandata Principum, Mavortis maximū
Dum sistis, Optimū Parentis gaudium
Famamq; comparas Tibi jam splendidam,
Datura mox majora honoris præmia
Documenta prima gratulor Togæ novæ,
Adstet Tuis posthæc Deus negotiis!

*Ita Nobilis. DN. HENDRICHEN de egregio
specimine ex animo grator, ac ut Parentis Pa-
truique, Virorum de aulis & Republica literaria
optimè meritorum, vestigiis benè insistat, Deique
largam benedictionem in itineribus, qua ad ex-
teras oras intendit, uberrimè sentiat, cordiculus
voveo*

PRÆSES.

Wenn ein Soldate sich im Kriege wil erheben/
So geht Er dappfer dran und nimt gar
wohl in acht/
Was Ihm zu seinen Dienst vor Ordre ist ge-
geben/
Und diese fñhrt Er aus/ es sey bey Tag bey Nacht.
Wer zu der edlen Fahn der Mūsen hat geschworen/
Der muß mit munterm Fleiß in Ihren Diensten
stehn/
Wer Ihren Winck nicht folgt der hat die Krohn ver-
lohren/
Wornach mit vollem Trieb die dappfern Seelen
gehn/
Er hat/ geehrtester/ auf diesen Pindus-Fluē/
Durch Fleiß den Tugend-Lohn nunmehr darvon
gebracht/ Er

Er läßt von seiner Kunst die schönsten Proben schauen
Izt im gelehrten Streit / der Ihn zum Sieger
macht.

Mit diesen wenigen wolte Dem Herrn Autori und Re-
spondenten seinem wehrtesten Freunde schuldiger
massen gratuliren

TOB. SUTORIUS, J. U. Ddus.



U t pareat Ducibus miles fortissimus armis,
Ac animal frendens arte regendus erit.
Obsequium monstras, quod Dux in milite quarit,
Scire tuum pariter doctus in arte probas.

*Pauca haec Nobilissimo Domino Aut.
& Respond. gratulabundus
apposuit*

JOHANN. JACOB. Müller / J. U. Ddus.

T E mandata Ducis narrante iusta sagati,
Dux ornet, laudat quem loga quemque sagum.

*Paucis hisce Nobilissimo Domino Auctori applau-
dit animumque devinctum testatur*

M. JOAN-PHILIPPUS TREUNER.







ULB Halle

3

005 132 428



WOM







1691, 23^a ~~AS~~ 12
C. D.
DE
MANDATIS
DUCUM MILI-
TARIUM,
von
Kriegs = Ordre,
PRÆSIDE
PETRO MÜLLERO, ICto,
Consiliario Saxonico & Antecessore,
In Auditorio ICtorum
d. Junii
disputabit
AUTOR
ERNESTUS FRIDERICUS Hendrich/
Nienburgensis.
Jenæ, Literis Bauhoferianis, Anno 1691.

